

Die 16 novembris

B. IOSEPHI MARXEN,  
PRESBYTERI ET MARTYRIS

Antonius Iosephus Marxen die 2 mensis augusti anno 1906 Burunci prope Coloniam Agrippinam quartus ex novem fratribus natus est. Is cum gymnasium Missionariorum Societatis Verbi Divini Wendalini Saraviae absolvisset, proposuit se ad eandem societatem donare ut ipse missionarius fieret, et congregationi incorporatus est. Studio disciplinae theologicae in oppido St. Augustini se dedit. Anno vero 1936 Monachii sacerdos quidem archidioecesis Dyrrachiensis ordinatus est, sed tamen petere non desinit ut missione se dedicaret. Ipse, cum a parte communistarum vexaretur atque urgeretur, tamen in Albania permansit et mense Martii anno 1946, comprehendo et de officio sacerdotali accusato, in vincula coniectus est. Sed tamen die 16 mensis Novembris eodem ipso anno, suppicio affectus, morte occubuit. Beatificatus autem est die 5 mensis Novembris anno 2016 una cum 37 aliis martyribus Albaniensibus qui, dum pars communistarum summa imperii tenebat, per vim interfici sunt.

De Communi martyrum: pro uno martyre.

AD OFFICIUM LECTONIS

**LECTIO ALTERA**

E litteris B. Josephi Marxen die 14 mensis decembris 1932 ad fratrem Theodorum missis in eius ordinationis sacerdotalis occasione  
(Ex heredio in familie possessione)

**Presbyter, Iesu Christi legatus**

Care Theo! Ante omnia benedictionem primitiarum tuam a te expeto. Deinde tibi congratulor toto corde de tam magna gratia qua particeps es effectus

in sancta ordinatione sacerdotali. Accipe, care frater, sinceros honores meos, quos tibi debo, Dei sacerdoti.

Te saluto et congratulor tibi, qui nunc Dei praedilectus necnon amicus praeferialis es effectus. Te saluto et congratulor tibi, legate Iesu Christi. Tibi quoque nunc valent Christi dicta: „sicut misit me Pater et ego mitto vos“. Te saluto et congratulor tibi, qui nunc reapse ac vere Christi vicarius, immo alter Christus es effectus. Quotidie nunc ad altare dices Christi verba: „Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.“ Omnibus diebus in posterum abundare facies super humanitatem infinitas gratias et fluenta benedictionis, quae de cruento Christi crucis sacrificio incessanter effluunt. Te saluto et congratulor tibi, mediator Deum inter ac homines.

Te saluto et congratulor tibi, dispensator divinae gratiae. [...]

Care Theo! Toto ex corde gaudeo tecum hodie. Meum coaduno gaudium illi gaudio, quod in caelo viget circa electionem tuam. Ne obliviscaris mei in Memento sanctae Missae. Nunc autem, care frater, considera festivitates venturas quasi a Deo desideratas. Gaudium etenim interius oportet exprimatur exterius quoque. Denique magnum gratumque gaudium in circulo dilectorum tuorum. [...] Bene me habeo. Vita mea in manu Dei est.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Ex ultimis lineis B. Josephi Marxen ad matrem Mariam Marxen in carcere conscriptis – probabiliter 1946 Tiranae. Traditum a fratre minore Alfonso Marxen.

## RESPONSORIUM Cf. 1 Pe 3,14-15; 1 Cor 6,20

**R** Timorem autem eorum ne timueritis, et non conturbemini. \* Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

**V** Empti enim estis pretio magno : quoniam ille animam suam pro nobis posuit. \* Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

**Oration** Omnipotens sempiternus Deus, qui beato Josepho presbytero et martyri usque ad mortem pro iustitia certare tribuisti, fac nos, eius intercessione, pro amore tuo omnia adversa tolerare et ad te, qui solus es vita, tota virtute properare. Per Dominum.